



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio


[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

XVI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

fuerimus. Sed hoc non vincit, quin notam eam, quam supra posuimus, a sua potius litera, quam a graecanica Romani desumpserint. Non est autem hic praetereundus Ciceronis locus, epistola ad Tullium, quae incipit: Quid igitur; non sic oportet? ubi in vulgatis codicibus scriptum, *Helluo nequissimus sestertia CC. dabat, nullo aprico horto, nullo emissario, nulla maceria, nulla cassa.* In veneranda antiquitatis codice bibliothecae Mediceae, ita Florentiae scriptum observavi: *Helluo nequissimus H-S. dabat: id sestertia mille dabat,* indicat. Idem hieroglyphicum in multis antiquorum memoriis animadverti, notumque est Ravennae marmor vetus ita inscriptum: OB MEMORIAM PATRIS

SUI DEC. VII. COLLEGII FABR. MR. H-S. N. LIBERALITATE DONAVIT. & quae sequuntur: hoc est, *Decurionibus septimi collegii fabricum municipii Ravennatis sestertia mille numum.* Hac vero etiam apud antiquarum inscriptionum impressores ineptissime corruptissimeque edita sunt.

Idem in antiquis inscriptionibus indicant  de quibus loco suo, ubi quinquagenarii numeri hieroglyphicum profecerunt. Sunt qui milenarium, per miliariae spicae hieroglyphicum cum indicent, neque quidem authores absunt, qui genus id segetis nomen a maximo granorum numero, mille scilicet, accepisse tradant, ut in spica dictum.

XI. XII. & reliqua. CAP. XXVIII.

His igitur eo gestu constitutis, ubi accidisset ut denarii reliqui etiam numeri infra x, adjungendi essent, trium illi, ut ostensum est, inferiorum digitorum flexionibus porrectionibusve significabantur: Undenarius quippe, indice ac pollice pro decem circulatis, auriculari mox eo loco, ubi unum significat, adflexo: Duodenarius, firma denarii circulatione permanente, annulari ad auricularem adjecto. Ita reliqui numeri usque ad unum de viginti prout per inferiores digitos ostendi, satis explicatum.

XVI. CAP. XXIX.

Quoniam vero sextodecimus numerus inter hos collocatus, ejusque significatio magni apud Aegyptios momenti fuit, & jam constat numerum eum per medium molliter inflexum, & indicem & pollicem circulos significari: nunc quid ipse sibi velit numerus, videamus.

VOLUPTAS. CAP. XXX.

Sane quidem Aegyptii Sacerdotes per ejusmodi numerum eo, ut verisimile est, gestu signatum, voluptatem praecipue Venerae indicabant. Ab eo siquidem annorum numero adolescentuli ad muliebres consuetudines, & oblectamenta nequitiae inceperant animum applicare, licet ad ter septimum usque annum semen infecundum esse dicit Aristoteles. Quod si prolificum sit, vel exigua, vel imperfecta generari autumat. A bis septimo autem anno pruritu Veneris incitari vult, a quo etiam tempore pubescere primum incipit, stirpesque imitari, ut Alemæon Cratoniata ait, quae semen latere florescunt prius. Atque hic ille est aetatis flos, de quo saepius apud authores, ut apud Terentium: *Anni? sedecim, aetatis flos ipse.* Et Ovid. Philosophiae istiusmodi non ignarus, cum Narcisum ostendere vellet ejus jam aetatis, ut amoribus dare operam posset, ait:

*Jamque ter ad quinos unum Cephisius annum
Addidit.*

Indicium autem incepti coitus est vox crassior & inaequalis, quae secunda fere omnibus hebdomade, vel saltem incipiente tertia, evenit, & subalaris odor. Aristoteles id *τεταρταλον* appellat. Antiqui nostri, ut Censorinus ait, Hircuitallire dixerunt, & quibus corpus olere incipiat, Hircuitallos. Nam annorum quatuordecim vel *παραδω*, vel *Φηλον* appellabant, ad sexdecim vero *Φηλον*, ut Terentia- num illud obiter interpretemur, *Postquam is excessit ex ephibis*, quamquam *Φηλον* quoque unica locutione Graecis dicitur de grandiore jam adolescentia. Ad stipulantur huic Aegyptiorum commento Astronomorum traditiones super aetatum affectibus: illi enim Lunam ad quintum usque annum infantem propemodum ducere dicunt; decennium inde Mercurio adscribunt unde illud ejus aetatis

*In Eunuchis
Ovid. Me-
tam.
Ad verbum
ex Censori-
no cap. 4.
Hircorum
more coitu
appetere.
Censorinus
ibidem Puer-
um, vel pu-
berem.*